

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Pax ae  
cum fonte primo

Decet regalis apicis curam generalitatis custodire concordiam  
quoniam ad laudem regnantis trahitur  
si ab omnibus pax ametur.  
Quid est enim quod principem melius predicit  
quam quietus populus, concors senatus,  
et tota res publica morum honestate uestita?

Cassiodorus ibidem (libro I.) epistola XXII.

Decet regalis apicis curam generalitatis custodire concordiam,  
quoniam ad laudem regnantis trahitur,  
si ab omnibus pax ametur.  
Quid est enim, quod nos melius praedicet,  
quam quietus populus, concors senatus  
totaque res publica morum nostrorum honestate uestita?

Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII*, 1.23.1 (CCSL 96,  
A.J. Fridh ed., p.31, ll.3-7).